Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ACTVS

manducare. Numeq; nos omes sumus in
nauigio ducentorum septuaginta sex. Satiati
autem cibo alleuiabant nauem iactantes triticum in
mare. Cum autem dies fieret terram non agnoscebant. Sinum autem
quendam considerabant habentem litus: adquem cogitabant si possent eicere
nauem. Cum autem anchoras sustulissent: committebant se mari. simul
laxantes iunctures gubernaculorum.
Et leuato artemone secundum auram sta
tim tendebant ad litus. Et cum in
dissent in locum bytalassum: impege
runt naue: et prora quidem fixa mane
bat immobilis. puppis uero soluebatur
a ui maris. Militum autem consilium
fuit ut custodiam occident: ne quis
cum enatasset effugeret. Centurio autem
uolens seruare paulum: prohibuit ne
ri. Iussitq; eos qui posset natare in
mittere se in mare primos et euadere: et ad
terram exire. Et ceteros alios in tabulis
ferebant: quosdam uero ea que de naui
erant. Et sic factum est ut omnes animae eua
derent ad terram. XXVIII.

Et cum euasissemus tunc cognouimus
quia melitene insula uo
cabatur. Barbari uero prestabant
non modicam humanitatem nobis.
Accensa enim pira reficiebant omes
nos propter imbrem qui imminebat et fri
gus. Cum congregasset autem paulus
sarmentorum aliquantam multitudinem.
et imposuisset super ignem: uipera cum
pressisset a calore. inuasit manum eius.
Vt ergo uiderunt barbari pendentem
bestiam in manu eius: ad inuicem di
cebant. Vtique homicida est homo hic.
qui cum euaserit de mari. ultio diui
na eum non sinit uiuere. Et ille
quidem excutiens bestiam in ignem:
nichil mali passus est. At illi existi
mabant eum in tumorem conuertendum:
et subito casurum et mori. Diu autem il
lis expectantibus et uidentibus nichil
in eo mali fieri: conuertentes dicebat
eum deum esse. In illis autem locis erant
predia principis insule nomine publij:
qui nos suscipiens triduo benigne
exhibuit. Contigit autem patrem pub
lij febribus et dissinteria uexatum ia
cere. Ad quem paulus intrauit. Et cum
orasset et imposuisset ei manus: salua
uit eum. Quo facto. omes qui in in
sula habebant infirmitates: accedebat
et curabantur. Qui etiam multis ho
noribus nos honorauerunt: et naui gan
tibus imposuerunt que necessaria erant.
Post menses autem tres nauigauimus
in naui alexandrina. que in insula
hyemauerat. cui erat signum castorum.
Et cum uenissemus syracusam. mansimus
ibi triduo. Inde circumlegentes de ue
nimus regium. Et post unum diem flan
te austro. secundo die uenimus puteolos.
ubi inuentis fratribus rogati sumus
manere apud eos dies septem. Et sic
uenimus romam. Et inde cum audissent
fratres occurrerunt nobis usque ad appij fo
rum. et tribus tabernis. Quos cum
uidisset paulus: gratias agens deo ac
cepit fiduciam. Cum autem uenissemus
romam: centurio tradidit uinctos
prefecto. Permissum est autem paulo
manere sibimet cum custodiente se mi
lite. Post triduum autem diem conuocauit
primos iudeorum. Cumque uenissent
dicebat eis. Ego uiri fratres nichil ad
uersus plebem faciens. aut more pa
trum. uinctus iherosolis traditus sum.